

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Svmmvla Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm**

**Bonagratia <von Habsheim>**

**Friburgi Brisgoiae, 1665**

Novitius

[urn:nbn:de:bsz:31-160625](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160625)

in dicta Ciuitate vel oppido. Vide super his  
 plura penes Lezan. *to 4. V. Monasteria n. 32.*  
*33. & 34.* Vbi singulariter de Monasteriorum  
 extensione seu augmentatione. *Et n. 43.* de  
 dimissione & derelictione Monasteriorum.  
 De quo etiam non nihil dictum *V. Dispensa-*  
*re n. 4.* amplius verò dicitur *V. Prouincialis.*  
 Constructio Monasteriorum in oppidis &  
 Pagis nobilioribus quàm sit nociua Re-  
 gulari statui, Paupertati potissimum primo  
 Perfectionis Religiosæ fundaméto. Lezan.  
*to. 1. c. 6. n.* sapientissimè demonstrat Peyr.  
*to. 1. de subd. Reg. q. 2 c. 2. §. 2.* necnon &  
 Seraph. D. S. Banauent. *in Apol. in eos qui*  
*Ordini FF. Minorum aduersantur. q. 19.*

NOTORIVM. *Vide V. OCCVL-*  
 TVM.  
 NOVITIVS.

- 312. *Receptio Nouitiorum ordinaria quibus  
 competat?*
- 313. *Num delegari possit?*
- 314. *Recipiendorum examen. 315. Conditio-*  
*nes ex Regula. 316. De iure Commu-*  
*ni. 317. Ex Constitutionibus.*
- 318. *Annus probationis debet esse integer &  
 continuus.*
- 319. *Ad que teneantur Nouitij?*

Ff 4

320, No-

320. *Nouitiorum Vota.* 321. *Exemptio.* 322. *Bona temporalia.*

323. *Horum cura FF. Minoribus interdita.*

CCCXII.  
*Nouitio-  
rum Rece-  
ptio.*

312. **T** Ametſi Minoritana noſtra Regu-  
la c. 2. Miniſtris Prouincialibus  
tantummodò, & non alijs recipiendi Noui-  
tios licentiam concedat, certum tamen eſt  
apud Miniſtrum Generalem auctoritatem  
hanc primariò & originaliter reſidere, qui  
& arètare poſſit eandem aut reſtringe-  
re Prouincialibus: vt expreſſè habetur in c.  
*Exijt. de Verb. Signif. in 6.* Et paſſim tradunt  
Expoſitores P. Sorbo. in *Comp. Priu. ad V.*  
*Nouitius.* P. Vecch. in *Praxi Nouit. diſp. 7.*  
*dub. 1.* Eàdem facultate potiuntur Viſitato-  
res Generales ad vnam vel alteram Prouin-  
ciam viſitandam deſtinati, Item Commiſſa-  
rius, cui competit Regimen Prouinciæ, ſi  
Miniſtrum Prouincialem vitam finire con-  
tingat; vel quando à Capitulo Prouinciali  
electus eſt aliquis abſens in Prouincialem;  
tunc enim conſuetudo obtinuit à primo De-  
finitore Commiſſario & alijs Definitoribus  
expediri omnia, & etiam receptionem No-  
uitiorum. P. Vecch. *tit. n. 10.*

CCCXIII. 313. Vicarij ſeu Commiſſarij Prouincia-  
*An dele- gari poſ- ſit?* rum, qui vices Prouincialium in eorum ab-  
ſentia gerunt, non habent vigore ſui officij  
FF 5 hanc

hanc recipiendi facultatem, nisi eis specialiter ab eisdem Prouincialibus committatur. Ita decreuit Nicol. 3. Atque vt iidem Ministri hoc possint committere Vicarijs & alijs, licentiam concessit in dicto c. Exijs. Itemque Innoc. 4. in Expos. Reg. & Greg. 9. per speciale Priuilegium: Quod non esse relaxatiuum Regulæ, sed potius secundum eius intentionem, docet S. Bonau. in d. c. 2. quem sequitur P. Sorbo ubi supra, referens insuper concessionem, Greg. 14. A. 1591. nobis Capucinis factam, vt possimus infra annum ipsos Nouitios extra Capitulum (non obstante, quod Sixt. 5. prohibuisset receptionem fieri ab vlla Religione, nisi in Capitulo Generali vel Prouinciali) recipere cum consensu tamen trium vel quatuor Seniorum fratrum illius loci, vbi talis fieret receptio. Verum est quod P. Sorbo dicat esse viuz vocis oraculum tantum, quia tamen factum est Emin. D. Card. Sanctorio Protectori Ordinis, cuius etiam mandato impressum fuit, atque ita in hodiernum diem practicatum, de illius valore dubitandum non est, prout ex professo dicitur *V. Priuilegium*. Quod si Prouincialis contra præscriptam formã solus quempiam recipiat, valebit quidem receptio, ipse tamen

*Vide alia  
quosq; con-  
cessionem  
Eug. 4. P.  
Capitulum  
n. 64.*

tamen malè aget, idèdque puniendus erit.  
P. Vecch. *dub. 4. in fine.*

**CCCXIV.** 314. Receptores Nouitiorum debent  
*Examen.* eos de nonnullis conditionibus ad hoc re-  
quisitis ex vi Regulæ, & ex Iure communi,  
ac Ordinis Constitutionibus omni adhibi-  
tâ diligentîâ examinare. Nullo tamen pec-  
cati nexu illaqueantur omitendo inquisi-  
tionem circa omnes vel vnam aut alteram  
ex ijs conditionibus, quotiescunque vel ex  
certa scientia, vel ex probabilibus indicijs  
seu coniecturis pro certo habent non esse  
necessariam respectu personæ, quæ in or-  
dinem admitti postulat. Vt speciatim no-  
tat P. Sorbo *vbi supra, vers. Ac primum.* lo-  
quens de examine fidei, quod ex præcepto  
Regulæ nostræ fieri debet, *quale examen,* ait  
ex D. Bonau. *tunc maximè faciendum, cum a-*  
*liqua oritur suspicio vel ratione personæ recipi-*  
*enda, vel ratione Regionis & locorū in quibus hæ-*  
*retici reperirentur.* P. Folit. *in c. 2. Reg. n. 26.*  
Ballæ. *to. 1. V. Religio. 2. n. 15.*

**CCCXV.** 315. Ex vi Regulæ nostræ vt quis ad or-  
*Conditio-* dinem recipi possit, requiritur. 1. vt sit fide-  
*nes ex Re-* lis, Catholicus, & de nullo errore suspen-  
*gula.* sus. 2. quod uxorem non habeat, vel si habeat,  
*vt uxores Monasterium iam intrauerint &c.*  
Sub his impedimentis expressè solum in  
Regula positus, vt ex D. Bonau. & Cord.  
in

in expositione illius aduertunt P. Polit. *ibid.*  
 n. 21. & P. Sorbo, l. c. *vers. Verum aduertant.*  
 Voluit Seraph. Pater noster, omnia alia,  
 quæ ingressum Religionis legitimè impe-  
 dire possunt, debere intelligi, & compre-  
 hendi, modum & morem in hoc sequens  
 diuinæ Scripturæ & alterius cuiuscunque  
 rationabilis & Regulæ, *vr ait D. Bonau.* ex  
 similibus similia intelligere, & minora in  
 maioribus implicare. Vnde dum prohi-  
 bentur Ministri recipere tales impeditos,  
 agnoscere pro certo debent, quod eis etiam  
 prohibetur, ne aliquem canonicè impedi-  
 tum admittant, quæ impedimenta ex se-  
 quentibus alijs conditionibus, à iure re-  
 quisitis, colliguntur.

316. De iure autem communi, præter  
 prædictas, sequentes adhuc requiruntur  
 conditiones, quas singularim pertractat P.  
 Vecch, *tota disp. 2. per sedecim dubia.* Prima  
 est, vt sit liber & non seruus. 2. Vt non sit  
 Episcopus, vel si sit, licentiam à S. Pontifice  
 obtineat. 3. Vt non vi vel metu compul-  
 sus, sed liberâ voluntate Religionis ingres-  
 sum perat. 4. Vt non sit impubes, minor 16,  
 annis, furiosus vel mente captus. 5. Vt pa-  
 rentes aut filios pauperes in necessitate cõ-  
 stitutos non habeat. 6. Vt nullum graue  
 delictum commiserit, vel de eo curiæ su-  
 spectus

CCCXVI.  
 De iure  
 Commu-  
 ni.

spectus sit. 7. Ne ita re alieno grauetur, vt singulis creditoribus sufficienter de proprijs substantijs satisfacere nequeat. 8. Vt non sit obstrictus ratiocinijs.

CCCXVII.

Ex Consi-  
tutioni-  
bus.

317. Ultra præfatas, conditiones ex vi nostrarum Constitutionum ordinis requisitæ enumerantur in iisdem c. 2. hoc ordine.

1. Vt sint Catholici, firmiter credentes omnia, quæ S. Romana Ecclesia credit ac tenet, qui verò antea fuisset hæreticus & infidelis, non recipiatur.
2. Quod mente, & corpore sint sani & feruenti voluntate præditi, compertumque subinde habeatur, eos cum pura & sola Deo inserviendi intentione venire.
3. Vt sint bonæ famæ; Infames autem, puta qui nefandi criminis reus factus fuisset, vel collaris seu (vt dicitur) Berlinæ addictus, vel publicè flagellatus seu virgis cæsus, vel aliquod scandalosum delictum, utpotè libellum famosum, proditionem vel simile quid perpetrasset, non recipiatur.
4. Qui Patrem, Matrem aut filios aded pauperes habuerit, vt absque illius opera & adminiculis vitam transigere nequeant, non recipiatur.
5. Cum ijs, qui Matrimonio consummato copulati fuerint, Regula obseruetur.
6. Qui aliàs fuerit noster Novitius à P. Ministro illius tantummodò Prouinciæ, vnde discessit, dummo-

dd

Ad nullum patrarit scandalum, & semel duntaxat discesserit, recipi possit. 7. Qui à quavis Religione apostatauerit, non recipiatur. 8. Qui Leprâ, epilepsiâ seu comitiali morbo, aut aliâ contagiosâ seu insanabili infirmitate fuerit infectus, non recipiatur: Et siquidem talis recipiatur, propterea quia interrogatus id reticuit & manifestare noluit, declaratur ex hoc, quod Religio ipsum retinere nullatenus obligetur. 9. Qui ad Clericorum statû recipiendus fuerit, communiter decimum septimum annum excedat: In Laicorum verò numerum referendus veniens, ordinariè non minor nouendecim annis expletis natus sit. Qui autem quinque & quadraginta annis maior fuerit, non admittatur, nisi fortè magna in populo ex eius receptione futura sit ædificatio.

318. Vt legitimus etiam sit annus Probationis. debet esse integer & continuus. Integer de momento ad momentum, id est, ab hora diei, in qua habitus susceptio facta est, vsque ad eandem horam vltimi diei eiusdem anni. In anno bissexto, secundum Ius L. cum Bissexto. ff. de verbor. signif. duo dies reputatur pro vno, & sic quoad annum probationis, quia cum sit materia politica & civilis, de ea politicè & civiliter loquendum est; etiam in eo quod dictum est debe-

CCC.  
XVIII.  
Annus  
Probationis  
sic integer.



re esse de momento ad momentū; Non, in  
quā, mathematicè sed politicè ac moraliter,  
ita vt si Nouitius habitū sumpsit horā Com-  
pletorii, eadem horā profiteri debet, licet  
completorium aliquantisper acceleretur;  
dummodò talis acceleratio malitiosè &  
per dolum non fiat. Sunt qui tam subtilem  
computationem negent esse necessariam,  
sed sufficere diem esse captam, cum sit in  
materia fauorabili & morali, quorum opi-  
nionem Peyr. de Pral. Relig. q. 3. c. 1. § 4. n.  
96. ait securè posse seruari, atque ita etiam  
seruari, & practicari in multis tribuni-  
bus. Atqui Novar. in Lucern. Regul. V. Pro-  
fessio. n. 13. refert S. Congreg. A. 1617. 21.  
Ian. declarasse, Professionem emissam à  
Regulari non completo anni curriculo, eti-  
am per duas horas, & emissam in anno Bis-  
sexulti, non expectato lapsu illius diei, qui  
eo anno additur, esse inuvalidam. Vid. Santh.  
de Matr. l. 1. d. 1. n. 4. Nald. V. Professio. 6.  
P. Vecch. d. 11. dub. 4. Lezan. V. Professio.  
n. 9.

*Et conti-  
nuus.*

Continuus etiam debet esse Probationis  
annus vsque ad Professionem inclusiue,  
ita quòd si ante Professionem emissam ha-  
bitum dimittat animo Religionem dese-  
rendi, quantumuis postea intra eundem di-  
missionis diem pœniteat, vel itque habi-

rum reassumere, dato quod illi de nouo concedatur, teneatur annum Nouitiatum incipere: quia coipso amisit statum, quem habebat, & indiget nouâ admissione & receptione, vt possit iterum esse Nouitius. Idem est si Nouitius habitu retento è Religione aufugeret, etiam animo redeundi, modò talis fuga reputaretur. Quia iugum fregit Religionis.

Non teneretur tamen de nouo incipere, qui irâ commotus habitum dimitteret, protestans se velle redire ad sæculum, si breui placatus eum facti pœniteat. Vel si eadem irâ commotus Superior aliquem habitu spoliari mandet & post breui placatus rein-  
 dii iubeat. Quia his casibus non censetur dimissio habitus facta voluntariè, nec animo deserendi Religionem. Nec similiter teneretur de nouo Nouiciatum incipere, qui ad breue tempus, vt quadam nocte, gratiâ conuiuij seu alterius causæ, statim rediturus egrederetur, etiamsi pro illo tempore habitum dimitteret, ne cognosceretur, vel quo facilius intentum compararet. Quia hoc non est habitum deponere, nec Religionem deserere, licet hic aliâ causâ foret à Religione expellendus. Similiter nec teneretur incipere Nouiciatum, qui nõ animo habitum dimittendi, nec Religio-  
 nem

nem deserendi, sed solum animo se occul-  
tandi ad vitandam Prælati seu Magistri sa-  
uitiam conuentu egrederetur: quia hic non  
esset fugitiuus. Nec item ille, quem Præla-  
tus decreuisset dimittere, eâque intentione  
habitu Religionis expoliasset, sæculique  
vestibus indui fecisset, postea verò, prius-  
quàm è Monasterio exeat, mutatâ senten-  
tiâ illi iterum habitum restituisset; Et hoc  
siue Nouitius dictæ expoliationi consensisset  
siue non; quia hoc casu habitus dimis-  
sio non fuit cum effectu egressionis. Hæc  
omnia Peyr. l. c. post P. Vecch & alios plu-  
res, quos recenset Barbos, in *Collect. ad Cont.*  
*Trid. sess. 25. c. 15.*

CCCXIX.

Nouitorum  
obligatio.

319. Non tenentur Nouitij, neque ad  
vota essentialia Religionis, neque ad præ-  
cepta communia Regulæ, Constitutionum  
& Superiorum Ordinis, cum actu Religiosi  
non sint, quantumuis etiam antè votum in-  
grediendi aut etiam perseuerandi in Reli-  
gione voverint; nisi speciali intentione se  
obligauerint nedum ad ingressum Religio-  
nis, sed etiam ad præcepta Regulæ obser-  
uanda; quia obligatio voti extenditur  
iuxta vouentis intentionem, & non vltra.  
P. Vecch. d. 11. dub. 4. Ex graui tamen de-  
centia obligantur ad prædicta, tum ne scan-  
dalum alijs Religiosis vel prauum exemplū  
præ-

præbeant, atque vt austeritates Religionis experiâtur, tum quia subditi aliquo modo sunt Religioni, & participant de bonis illius, vnde & ad ea, quæ specialiter spectant ad bonum Regimèn & finem probationis ipsorum Nouitiorum, tenentur in conscientia obedire Superioribus Religionum: Et licet ex voto non obligentur ad vsum paupertatis, coguntur tamen ex lege Iustitiæ, bona Religionis amplius non vsurpare, quàm eis à Religione conceditur. Vecch. *disp. 10. dub. 4. & 14. Item d. 11. dub. 14. n. 14.*

320. Vota Nouitiorum personalia ante vel post susceptum probationis habitum **CCCXX:** emissa, quæ opera Religionis impediunt **Vota.** vel nimium aggrauant, suspendi possunt per Superiorem Regularem, qualis etiam est Nouitiorum Magister: imò ipso iure tanquàm impeditiua maioris boni, eo probationis tempore suspensa sunt & quasi soluta. Quod si ad sæculum redeant, tenentur ea seruire, si ad illud tempus relata sint: secùs verò, si pro illo tantum tempore essent obseruanda. Vota etiam realia, si soluerè Nouitius nequeat, ob eius impotentiam suspenduntur, & possunt etiam commutari in Religionis exercitia. P. Vecch. *disp. 10. dub. 5. & 6. Lezan. V. Nouitius. 37.* *Vide insuper V. Iuramentum. & V. Votum.*

CCCXXI. 321. Nouitij in probatione existente  
*Exemptio.* eximuntur inftar Professorum à potestate  
 tam ciuili, quàm Episcopali. Nau. l. 2. Conf.  
 5. & 6. n. 4. de ford comp. in 2. edir. & Conf. 58.  
 de Reg. ait probabile esse, posse Praefectum  
 Religionis cognoscere & iudicare delicta  
 Nouitij ciuilia & criminalia, cuiusmodi est  
 homicidium, ferinde ac si esset Clericus &  
 Professus; quod etiam approbat Azor. p. 1.  
 instit. l. 12. c. 2. q. 11. Soat. to 3. de Relig. l. 5.  
 c. 16. n. 18. ne delicta maneant impunita &  
 Nouitij sumant occasionem perpetrandi si-  
 milia delicta, censet posse detineri Nouitiũ,  
 donec sufficienter puniatur, & postea di-  
 mitti: Neque hoc esse contra c. Statuimus.  
 Vel c. Non solum. De Regul. in 6. quæ præci-  
 piunt liberè dimitti Nouitium volentem  
 discedere; Illa enim loquuntur per se seu  
 re integrâ vel in ordine ad statum, non verò  
 impediunt iustam punitionem delicti, ra-  
 tione cuius Nouitius specialiter subditus est  
 Iudici Ecclesiastico & Prælato suo, à quo &  
 puniri & torqueri potest, si necesse sit, iuxta  
 Nau. cit.

CCCXXII. 322. De bonis Nouitiorum temporali-  
 bus in Trid. sess. 25. de Regul. c. 16. statuuntur  
 sequentia: 1. Ne quid ante Professionem  
 recipiatur de bonis Nouitij etiam sponte oblatũ  
 à parentibus vel propinquis, vel curatoribus,  
 excepto

excepto victu & vestitu Novitiij illius temporis, quo est in probatione, sub pœna anathematis dantibus & recipientibus. 2. Nulla quoque renunciatio aut obligatio antea facta, etiam cum iuramento vel in favorem cuiuscunq; cause piae valeat, nisi cum licentia Episcopi siue illius Vicarij fiat intra duos menses proximos ante Professionem: ac non aliàs intelligatur effectum suum fortiri, nisi secutâ professione. Causa horum additur: Ne hâc occasione discedere nequeat detentus totâ vel maiori parte substantia sua, unde abeuntibus ante Professionem, omnia lubentur restitui, quæ ipsorum erant.

Interdicuntur ergo & annullantur eo secreto contractus omnes, in quibus Novitius spoliat se aliquâ parte notabili hæreticis suæ absque spe eam amplius recuperandi, nisi servatâ formâ & solennitate decreti dicti Concilij, quæ requirit

1. Ut dispositio bonorum temporalium non fiat cum primum recipiunt habitum, sed intra duos menses ante Professionem; siue post expletum decimum Novitiatûs mensem, licet postmodum ex quacunque causa contingat Professionem ultra annum protrahi. Ita decisum à S. Congreg. 17. Octob. 1594. refert P. Vecch. d. 8. dub. 9. n. 5.

2. Quantum ad renunciationem aut obligationem, vt validè fiant, requiritur licentia,

centia Episcopi siue illius Vicarij. Nominè obligationis iatelligitur quæcunque alienatio bonorum temporalium gratuita & rei notabilis donatio inter viuos, quæ cum irreuocabiles sint, possent causare, vt Nouitius videns se suis facultatibus denudatum, cogatur Professionem emittere. Dico, *rei notabilis*; res enim parua per Nouitios facta, attentis illorum facultatibus, quæ libertati egressus minimè obsunt, illo decreto non comprehenduntur: nec victus & vestitus, quem pro se tribuunt Nouitij Monasterio, vt habetur expressè in dicto decreto. Nec ea, quæ dantur Monasterio vel Monialibus in ingressu in Nouitiatum, vel in ipsa Professione, non pro ipsa, sed pro sustentatione nouitiæ & Monialium, & pro solennitate & festiuitate professionis iuxta consuetum morem. Multò minus comprehenduntur in decreto donationes, vel oblationes factæ Monasterio seu Religiosis à Tutoribus, Curatoribus ac Consanguineis Nouitiorum ex propriis bonis, non ex bonis Nouitiorum. Bassæ 10. 2. V. *Nouitius. n. 28*, Barbos. in *Collect. Conc. Trid. d. sess. 6. c. qui. n. 11*. Idem asserit de donatione facta à parentibus Nouitij ex proprijs ipsorum parentum bonis non in dotem Nouitij. Et quod in euenta quo Nouitius exeat à Religione,

gione, non teneatur Monasterium dictas eleemosynas erogatas Nouitio restituere. *Ibid. n. 7.* Donationem Deo seu B. Mariæ vel Sanctis oblatam non comprehendit docet Rodriq *10. 2. q. 47. a. 5.* quem sequitur Sanch *l. 7. Mor. c. 5. n. 28.* contra quos tenet P. Vecch. *dub. 7. n. 11.* si attentis facultatibus Nouitij sit alicuius momenti.

Nomine *Renunciationis*, intelligitur dimissio siue resignatio tum officiorum publicorum temporalium, tum beneficiorum Ecclesiasticorum ( licet hæc beneficia illo decreto non comprehendit velit Barbos, *vbi supra. n. 13. & de off. & Pot. Episc. alleg. 99. n. 9.* ) Item liberatio, quâ Nouitius tutorem seu curatorem suum à reddendis rationibus liberat, vel fideiussioni renunciat. Sanch. *l. 7. Moral. c. 5.*

Ad obligationes itaque & renunciationes prædictas, vt validæ sint, necessaria est, licentia eaque realiter obtenta & quidem in actu renunciationis, *ex decreto S. Congr. 15. Nou. 1624. apud Barbos. cit. Trid. n. 23.* Episcopi vel eius Vicarij.

Illi autem contractus, in quibus Nouitius nihil deperdit de suo, vt sunt emptio, venditio, permutatio, locatio & similes nõ comprehenduntur illo decreto, atque ita possunt à Nouitio quandocunque voluerit

Gg 3

fieri;



fieri; Itemque condere testamentum, edicillum, donare mortis causa &c. cum hæc omnia nullam inducant obligationem, possintque revocari ante Professionem, quodcumque placuerit.

Tertium requisitum est, quodd huiusmodi Renunciationes & obligationes secuta professione & non alias, suam intelligantur sortiri effectum. Vnde si quacunque ratione professio non subsequatur, aut subsequata propter aliquam causam nulla & irrita declaretur, professione nullâ existente, etiam omnes prædictæ, renunciationes & obligationes sunt nullæ per prædictum decretum, & invalidæ, quacunque solemnitate sint factæ atque firmatæ. Mirand. in Man. 10. 1. q. 23. a. 6. cond. 3. Bassæ. cit. n. 26.

Renunciationem factam à Nouitio ante ingressum Religionis, intuitu tamen Monasterij vel Religionis, non servatâ formâ præscriptâ, irritam esse non sine fundamento Mirand. cit. à 2. & alij sustinent. Sed in contractum adducitur declaratio S. Cong. facta die 18. Mart. 1598. his verbis: Congregatio Concilij censuit decretum. Conc. Trid. sess. 25. c. 16. de Regul. non vendicare sibi locum in donationibus & renunciationibus ante habitus susceptionem, etiam animo & proposito Religionem ingrediendi factis. Ita Bass. n. 29. cum alijs.

Nouitius

Novitius potest quocunque tempore condere testamentum ante vel post Religionis ingressum non servatis solennitatibus Conc Trid. tum quia, vt dictum nomine *obligationis aut renunciationis*, non intelligitur testamentum, neque donatio causa mortis, tum quia sic expressè declarasse fertur S. Congreg. die 22, Ian 1598. ipseque Pius 5. P. quibus inhaerent nostrae Constitutiones 6, 2. Et hoc absque vlla licentia superioris, vt post alios docet Bassæ. n. 30. Et hoc testamentum censetur confirmari professione, ac si confirmatum esset morte, & sic post professionem non poterit reuocari vel mutari. Conceditur tamen Religioso facto post professionem interpretationem dubiæ & obscuræ suæ voluntatis in testamento non satis explicatæ, facere. *Ibid.*

Ad huiusmodi testamentum à Novitio vel volente Religionem ingredi conficiendum, putant aliqui minimè requiri solennitates iure communi præscriptas: alij volunt eas seruari, quas Ius Ecclesiasticum; Alij demùm quas Ius civile requirunt. De quibus vt & alijs hanc materiam concernentibus fusè Sanch *cit. l. 7. Mor. c. 3.* & integro opere P. Barthol. de Vecchis, quod inscribitur Praxis obseruanda in admittendis Novitijs,

Gg 4 323.

CCC-  
XXIII.

*Cura tem-  
poralium  
mercedi-  
tur FF. Mi-  
nistris.*

323. Minoritis prohibetur singulariter in Reg. c. 2. omnibus simpliciter tam subditis, quàm Prælatis, ne se intromittant sine directè, siue indirectè, aut per alios ab ipsis fratribus præventos; nec penitus etiam ipsi consulant circa honorum eiusmodi dispensationem etiam si ab ipsis Ordinem ingredi volentibus seu Novitijs fuerint ad hoc requisiti. Ministris tamen conceditur (quando eos prædicti consuluerint) quòd possint eligere aliquem vel aliquos timentes Deum, qui non sint de Ordine nostro, ad quos prædictos mittant. P. Polit. in c. 2. Reg. n. 65. & P. Vecch. vbi supra. dub. 8. & 14. vbi docet; quòd licet non repugnet statui Minorum executio vltimæ voluntatis Novitiorum quoad dispensanda ipsorum vestimenta, vel quid simile; integrum tamen non esse venditionem huiusmodi rerum ordinare, pretiumque earum per se, vel interpositam personam dispensare: Eligere autem personam, quæ nomine Novitiorum vendat, pretiumque in pauperes distribuat, aut pauperes, quibus id dispensetur, rem esse statui nostro non dissonam, modo electio talis dispensationem vel administrationem inseparabiliter annexam non habeat, v. g. quando numerus pauperum eligendorum voluntati fratris indeterminatè à Novitio

uitio relinquatur: secus autem si determinatè, vt si testator ordinet expendi decem florenos in decem pauperes per aliquè Fratrem Minorem nominandos, id est, vnum florenum pro quolibet paupere, qualis electio statui nostro minimè repugnat.

*Plura de his V. Professio.*

## OCCULTVM.

324. *Notorium & occultum, Clausula Priuilegiorum.*
325. *Notorium, Manifestum & famosum seu publicum què differant?*
326. *Notorium aliud juris, aliud facti.*
327. *Notorium facti declaratur.*
328. *Debet esse publicum euidenter maiori parti Communitatis.*
329. *Occultum quid, & quotuplex?*
330. *De hoc Modernorum opinio. 331. Verior sententia. 332. Auctoritatibus comprobatur.*
333. *Facultas cum clausula, si casus fuerit occultus, prodest solum pro foro conscientie.*

324. **I**urisdictio & facultates, quas per Privilegia Regulares accipiunt ad absoluendum & dispensandum à peccatis, censuris, pœnis, Irregularitatibus, Impedimentis, &c.

CCC.  
XXIV.  
*Notorium & occultum Clausula Priuilegiorum.*

Gg 5